

Vir huius commotio homo, qui nulla in re sibi vim facere vellet? Nenne ille honestus censetur in mundo, qui rebus sere in omnibus sibi vim facit? Ab hac autem lege nosmet displicere volumus in his tantum, quae ad Deum pertinent, omnia in illius servitute dura sunt, omnia in laeta. Operam ludimus, cum ostendimus vobis, Deo servandum esse, essentiale hoc officium, aeternaque felicitatem nostram ab illius servitute separari non posse; ubique languor, ubique tedium, ubique querimoniam. Numquid nolimet vincere, numquid cedere, pati, dissimulare oportet; dummodo hoc in urbana vita usu receptum sit, nullo fiat labore. Idem officium sit impossibile, ex quo est religionis officium. Num quicquam in mundo ad honores ascendit sine magno coactu? Et licet magni, insignisque adhibeantur copae, numquid semper votorum lumina obtineant? Nam facile, num iucundum est pendere a sexcentis hominum generibus, quae imperiosa, & mobilia sunt, & quorum ingenium, libidinemque, & saepe etiam contemptum ferre oportet? Ad quae molesta officia, ad quot dimississimos urbanitatis actus, ad quot coactas liberalitates non adigit lis aliqua, honoris causa, munus, momenti negotium? Quot pericula belli quot cursus mari, quot cruces, in mundo ubique, ut ambitioni, & cupiditati fiat satis? Ullumque in terris regnum est, ulla domus, ulla familia, quin immo ullus adest homo, cui aliquid citra gravem, affiduamque laborem cedat ex sententia? Quot consilia invidiam sunt, quot movendi lapides, quot officia servanda, quot rationes habenda, quot molestiae, injuriae, contumeliae, labores in vita civili perierunt? Et nihil horum grave putatur, nihilque a proposito nos deterret. Cur ergo labores, & difficultates longe leviores, quae in Dei servitute occurrunt, ab ea nos deterrebant? P. Graefes in scriptis.

In Dei servitute pura, & solida gloria gaudetur.

Deus dominorum omnium misericors, & iustissimus.

Ullum in communitate aliqua singulari nitet pietate, videlicet humilior est, mortificatione, quam alii, & paratior oneri cuiusque non egre, nec gravate subundo? Hic viliissima quilibet sibi expectanda esse sibi ministeria. Si quid molestum est, si quid ingrandum, si imperfecti hoc munus rejiciunt; uni illi cedat. Idea, quae de illius mortificatione concipitur, efficit, ut nulla virtutis ejusdem ratio habeatur. Qui bene voluntatis est, semper ultra vires operatur, cum interim, qui id tantum facere volunt, quod sibi placet, inertes sunt, ac per otium censoria nota perstringunt eos, qui operantur. Amore proprius inequalitatem hanc pati non potest; sed virtuti iocunda est; & quantumvis incommoda sit, semper tamen cedit in honorem pietatis.

Non nequaquam patet huic vicissitudini odiosa gaudii, ac mœroris, neque crudelibus stimulis, qui omnia mundanorum sollicita perturbant, neque ullum unquam tranquillum ipsis relinquunt diem. In id unum intenti, ut placeant Deo, in fidelitate sua laetitiam, & felicitatem perfectam inveniunt. Si officium suum illis nonnunquam videtur difficile, quamprimum veram honesti hominis voluntatem esse stus sui muneribus perfungi experiuntur. Si hac voluptas tanta non est, ut humani cordis corruptionem non palpet, solida tamen voluptas est; quam nulli amara subsequitur poenitentia. Momentanea non est voluptas; quae eundem cum publici festivitatis, & auris reatione finem habeat, & quae plerumque a pluriusmodi libidine, iniquoque vendet, pura voluptas est, quae permanet, & quae omnibus vite momentis gustari potest. Voluptas non est, quae opes absumat, quae honestatem commaculet; quae officia valetudini; voluptas est saepe utilis, semper honesta, & quae valetudini prodest propter eam, quam gignit, animi tranquillitatem. Idem.

Boni misericordiae sunt, minisque beati, eo quod uni tantum domino servire debent? Sed cui domino? Ullum unquam dignior fuit imperio? Ullus ne esse potest, qui magis servitute a nobis sibi prellari mereatur? Deus non solum dominorum omnium est dominus, sed misericors quoque, & liberalissimus est. Quam paterna benevolentia servorum suorum exigit officia; quam liberalitate ea, quae exigit, remuneratur? Vult beatam, quam nobis pollicetur, aeternitatem certissime subsequi centuplum, quod in hac ipsa vita largitur. Si praecipit, ut gloriam suam queramus, numquid nostrae obliviscitur utilitatis? Certi sumus, eos illi placere, ex quo volumus, certi sumus gratia illius, ubi illa indigemus, certi proleptis ejus, vult eam imploramus, certi possidendi illi, ubi eum amare, eique servire perseveremus. Idem.

Gloriam amamus, & quidem: hoc nostrarum cogitationum, votorumque est argumetum. Ubi, Domine gloriam istam invenire possimus, nisi constanter, & cum fidelitate tibi inservientes: nonne haec in hac ipsa vita merces est servorum tuorum? Magni sectatores ignem; & commentum tantummodo gloriam confectantur; solida, & vera individua comes est vera pietas. Quicquid impiorum invidia, & improbitas oblectantur, estimatio tributum est, velis nolis, a ratione christiana virtuti pervolvendum. Bonorum namque fortasse teteris eorum calumnias labes ostendatur, eorumque fama secretis calumniis oblectabitur, aculeatque irrisivibus illorum pietas in ludibrium tradetur; sed virtutum suarum semper adest meritum: quantumvis improbum sit cor hominum, mens tamen facere non potest, quominus de illis rectum ferat iudicium. Illi exagitantur, simulque habentur in pretio, atque inter ipsas perfectiones coluntur. Idem.

Ut serviat Deo necesse non est, ut mundus omnino ab omnibus deseratur? Hoc obijciunt mundani, cum illi Christiani hominis exhibentur officia. Numquid mundus ab omnibus deserendus est? Nequaquam; verum inficias ire nemo potest, in mundo mundum inveniri, cui Christianus quilibet obreunquere tenetur; mundus a Deo reprobus, & maledictio percussus: mundus, pro quo non oravit Salvator; mundus apertus JESU CHRISTI inimicus, atque modicus praecipis ejusdem oppositus. Dubitandum non est, quo minus mundus hic sit deserendus? Et nisi contra JESU CHRISTI oraculum putes te simul, & Deo, & mundo servire posse, necessario aut mandam haec, aut JESUM CHRISTUM relinquas oportet. Idem.

Omnes isti mortales versuti, & qui se fideles esse profiteantur, inveneruntque artem duobus simul dominis inservienti, hinc quidem peccandam mundum placita fecuti, inde vero inter JESU CHRISTI discipulos haberi cupientes? Nullo modo; omnia haec circa morum disciplinam adinventata; politica ista ratio, cum agitur de religione; haec in moribus artium, error, illatio, licentia vocantur. Hanc fecerunt, personarumque varietatem religio nostra ferre non potest. Vult Deus ex toto corde amari, omnem horret divitiorem, nihil de jure suo hac in re dimittere potest. Rebellium, & apostatarum in numero semper habuit eos, quibus tormentorum aspectus, vel minimum idololatriae signum extorserat. Non recipit servos duorum dominorum gerentes insignia. Vos mundi placita sequimini, vos mundi spem habetis, vos mundo placere vultis, ab hoc uno stipendio vestrum expectare debetis, nequaquam illud expectatis a Deo. Idem.

Miramini inconfulto in mundi partes conecidit, mancipi instat toto vite spatio mordicus illi servituti, quantumvis dura, morolique fiat illius placita, merito sibi ascribendum putant, quod illa sequantur, in minimis etiam officiis sunt diligentissimi, & ad superflitionem usque seduli sunt, ut inconstantia huic, duro, cerebrosoque domino serviant. At e contra de fide est, Domini jugum suave, & onus ejus leve esse, nihil certius lege illius, nihilque servitute ejusdem gloriosius. Et tunc quanam magis verus honor inveniri potest? aliquid esse potest utilius, quam illi servire? Dulcis in vita tranquillitas, confidentia hilaritate plena in morte, post mortem aeterna beatitudo; haec est fors servorum Dei, & nihilominus mundi servitus Dei servituti praefertur. Saltem quam negligenter, quam oscitantur illi servituti? cum interim incredibili solertia, ardore, cura mundo serviantur. Idem.

Dicis, Domine, jugum tuum suave esse, & onus, quo servientes tibi oneras, esse leve; hoc est, conditionem eorum, qui pertinent ad te, nihil nisi amabile habere, & eos, qui illam amplexi sunt, illic non duritiam, neque amaritudinem invenire. Sed quomodo nam illa conciliari possunt cum his, quae praecipis sequentibus te, cum dicis crucem ferendam esse illis, qui te sequi desiderant? Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Luc. 9. Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhaec autem & animam suam non potest meus esse discipulus. Luc. 14. Is enim consolatoribus, quas jugum tuum subventibus polliceris, quid magis oppositum est, quam hujusmodi separationes, divisiones, abnegationes, quas praeposui tamquam necessarias conditiones illis, qui esse volunt in numero servorum, ac discipulorum tuorum? Quot, Domine,

Vera gloria est servire Deo.

Mundus ab omnibus deserendus est, ut Deo serviat?

Nemo potest duobus dominis servire, Deo, & mundo.

In eo Iesu Christi verbo, jugum meum suave est.

ne, haec difficultas desinet, quot non intelligentes inter duas habere veritates quamdam tantummodo oppositionis speciem adesse, certarum perfecte simul congruere, nihil sibi non ferendum jugum, immoderatum, & non ferendum inveniant duritiam? Non aliis opus est argumentis, praeter experientiam quotidie ostendentem verba tua in nobis esse veritatis. Testis ille, qui assereret poenitentium lacrymas multas suaviores esse maximis peccatorum gaudiis; nec desuere, qui ardentius crucem concupierent, ibique majorem laetitiam, & consolationem invenerunt, quam in his, quae in mundo acceptissima, & jucundissima habentur. Idem.

Plerique eorum, qui Deo servire, eumque colere se putant, animam appulerunt, ut JESU CHRISTI jugum levius ostenderent, atque affirmantes, hoc si levius fuerit, a pluribus facilius gestatum iri, non vertunt sibi religioni obtruncare, quicquid sibi molestum, & laboriosum est. Non audient quidem dicere crucem ferendam non esse; sed ejusdem obligationes evertere ea pertinacia, qua persuadere volunt dispositiones, quae hoc officio continentur, simul esse posse cum vanitate, nugis, affluentia, amore luxus, voluptatum perquisitione, & gloria mundi. Aures praebere possunt illis, qui hoc pacto loquuntur, non autem illi haberi potest fides; non vult Deus Christianos dispartire, sed vult resistere. Prohibet contentiones, sed jubet constantiam, cum de mandatis illius exsequendis, & lege observanda sermo est. Abbas Trappensis tom. 1. effatorum christi.

Matthei exemplum ascendit obedientiam vocationis Dei promissam esse.

Dei filius nullo habet in discrimine statum, qualitatem, conditionem personarum. Vocatio ad servitutum ejus, effectus est gratiae, & beneplaciti illius. Dummodo plena, & integra sit voluntas, & omnia relinquatur, ut illam sequantur sine exceptione, nil ultra petit. Quodnam, Domine, invenitur documentum in eo modo, quo Publicanus vocem tuam audit iustus te sequi? Homo hic, qui ut videtur, nulla fuerat exculcus doctrina, negotio prorsus humano, terribili, & apertis ad omnia ingenii lumina extinguenda, quam accendenda implicatus primo statim intuitu videt nil melius fieri posse, quam hoc audire verbum, & illud sequi. Si quid erat, quod morant, & aliquod temporis spatium requireret, antequam consilium caperetur, hac sane erat occasio. Agebatur de statu mandando, de omni fortuna sua cursu relinquendo; tamen nihil illum morator, statim consilium cepit in arena, & felicitas, quam in tua servitute se videt consecuturam, ream omnium locum apud ipsam tenet. Nisi vocationi fidelis fuisset, nisi vocem tuam audivisset, nisi praesto fuisset, ut mandata faceret, adeptus fuisset honorem hunc, ut ex conitatu esset tuus, ut in Apostolorum albo describeretur, ut primus esset vite, actionumque tuarum historicus? Abbas Trappensis in Christi consider.

Nimis verum est, Domine, pacifissimus esse, qui te sequi possunt; sed hoc inde oritur, quia pacifissimi volunt, qui enim effectivam habent voluntatem, habent etiam facultatem. Cum plerique eorum, qui te sequi vellent, audiunt, quid sibi faciendum est, statim desistant, & cogitationem abijciunt. Abnegationes, abrenunciationes, privationes illis subeunda ipsis stuporem injiciunt, & eorum voluntas adhuc infirma abnegationi adeo late patenti sese accommodare non potest. Hoc accidit adolescenti, qui cum te convenisset percipitur, quid sibi ad aeternam vitam comparandam faciendum esset, ut aeternam vitam acquireret, cumque ex te audivisset ad perfectionem adipiscendam omnia vendenda esse bona, & pauperibus distribuenda, omniaque relinquenda esse, ut se sequeretur, hoc verbum maximo illum dolore conecit. Hoc ipsum faciunt plerique fidellissimi, qui quibus Deus non petit realem, & effectivam abnegationem, sed querit, ut cor tantum animamque omnibus mundi hujus rebus avellant. Idem.

Confessio Dei veritas modis expectare servos suos.

Anima Deo inservientes saepe statum, strumque mutant. Nonnunquam in tenebris sunt, in dejectione, radio, eriditate. Sexcentis modis ea tentat, dummodo constantes permanent, & duo praecipua fundamenta subsistant, confidentia videlicet, atque submissio; in hac dispositione, quae ipsis vera desolatio videtur, magis progrediuntur, quam si constanti feracitate perseverarent. Idem tom. 2. effatorum christi. Contradictiones, ac difficultates quolibet in statu inveniantur, & cum illis expediri volumus, in alias prioribus succedentes impingimus. Non sinit Deus eos, qui in integra ab omnibus tribulatio-

nibus, seu interioribus, seu exterioribus immunitate vivere volunt, votorum summam contemni. Sape id, quod deinceps occurrit, durius est, minime ferendum eo, quod reliquimus. Crux JESU CHRISTI quocumque sequitur eos, quos ille diligit. Qui illam vellet abijcere, na ille quidem voluntas, et ejus resisteret, & amore ipsius se indignum praerberet. Idem.

Illuminat Deus omnem hominem venientem in hunc mundum, dilectus Discipulus inquit. Generale hoc lumen, quod omnibus hominibus communicatur, ratio est; hic immortalis radius divini intellectus, qui in nostris animabus effulget: fulgidi, & indelebiles characteres, quibus inculpsit Deus in fronte nostra lumen divini vultus sui, ut loquitur Propheta Psal. 4. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine: ista insulae cognitiones existentiae Dei, obligationis servandi illi: haec religio ut ita dicam radii forma delineata, & preparata, quae nos ad cognitam perfectamque religionem adducit. Homo enim per hac generalia lumina cognoscens Deum esse, qui a nobis colit, & adorari vult, alteram infert ex priori hac veritate, videlicet Deum nobis praescripsisse modum, quo sibi servitute praestari, honoremque vult adhiberi, non secus, ac genus cultus illius, quem a nobis recipere vult; quoniam supremum hoc ens nimis magnam est, ita ut aliud recipere nequeat servitute genus ab eo, quem ipse nobis indigitavit. Alterius hujus veritatis cognitio inducit hominem rationis usu competentem ad legitimum hujus cultus perquisitionem. Hic autem primus recte rationis usus, quo de existentia Dei erudimur, nobis quoque ostendit obligationem illi servandi, & modum ipsum, quo id nobis faciendum est. Specimen sermonum pro Dominicali: sermone pro die Epiphaniae.

Lumen naturale quo docemur Deum esse, docet quodammodo quod illi servandum, & quem petit cultum esse exhibendum.

Consolatio, quae in Dei servitute gaudetur, hujus panis, immutatur.

Homo servituti Dei omnino devotus alacriter sustinet labores omnes, qui in eandem sunt perficendi, & quocumque illi calamitas incidat, hanc recipit tamquam amicum manus istam, quo solatio afficitur eodem temporis momento, quo percutitur. Virgo tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Psal. 32. neque oblivisci potest aeternam esse beatitudinem, quae merces esse debet eorum, quae in hac vita patiuntur propter Deum. Deus, inquit ille, rationem habebit hujus contemptus, quem patior, hujus irrisionis, quam dissimulo, hujus confusiois, quam amplector, hujus repulse, quam perfero: haec est criminum meorum expiatio, hoc caeli pretium. Aliquidne ulterius requiritur ad leniendum & exiguis dolores, quos nobis contingere sinit ad virtutis nostrae periculum faciendam, & gravissimas etiam amaritudines? Hominum consolationes dolori ad tempus soporem inducunt; sed haec ipsum etiam amaritudinis fontem dulcedine adpergit; & quamvis aliquem nobis malorum nostrorum sensum relinquat, ut patientia nostra exerceatur, animam tamen ipsam interiori laetitia replet, ut cum propheta Psal. 4. dicere debeat: O Deus, in tribulatione dilatasti mihi cor meum. Prorsus oppositum de illis dicendum est, qui mundo servientes patiuntur, ut noxias cupiditatis suis faciant satis. Via inferni saepe illis pluribus obita vepribus est, quam caeli ipsius via; eorumque damnatio pluribus stat laboribus, quam quibus opus esset, ut salvarentur; etenim inter adversa, quae Deus illis immittit ad eorum pertinaciam vel intrinsecam, vel consummandam, quodnam habere possunt solatium? Si in Dei gratia essent, haec illis solatio esset inter injurias, quibus ab hominibus afficiuntur; & si beati essent secundum mundum, hujus blanditia, delicatiae voluptatem illis tribuerunt. Verum cum simul & Dei, & hominum sint inimici, intus quidem agitati conscientiae stimulis, quibus torquentur, extrinsecus vero afflictati perfectionibus, quae ingruunt, non valentes obstinatum cor suum convertere ad Deum illius, ut ad se redeant, invitantem, & licet inviti secreto querentes mundum ab illis fugientem, eoque contententem, humanis, vel caelestibus carentes consolationibus; nonne hoc est inferni principium? Abbas de Jary serm. pro die Ascensionis.

Consolatio inter ea, quae pauperibus malis.

Tribulationes, quas patimur, Apostolus inquit, confecti non possunt cum ea gloria, quam nobis promerentur. Aeternitas malorum requiretur. S. Augustinus inquit, pro bonorum aeternitate; sed quodnam incipere felicitas nostra, si calamitas nullum esset finem habitura? Satis esse putavit Deus vitam adeo brevem, qualis nostra est, ut nostri periculum faceret; immo paucis amaritudinibus infinitas prope mis-

Magnitudo & prestantia Dei docti quomodo illi servire debeamus.

miscuit delicias. Quia ergo de nostrorum malorum diuturnitate conquereremur, indefinenter illi gratia nobis essent agenda eo, quod persanctorios, levelet que labores in eius servitute perferendos infinita voluerit beatitudine remunerari. Via, quam sequimur, ardua est, non abrupa, sed ducit in celum: via vos bis longa videtur, sed, ubi aliquando perveneritis ad terminum, videbitis ea, qua praeerierunt, aereitate habitata ratione, brevis, & fluxa fuisse. Idem. Ut Deo, quemadmodum opus est, serviamus, omnes facultates nostras debemus impendere. Ratio desumitur ex natura ipsius Dei, & ex eminenti magnitudine illius, qua talis est, ut comprehendat quidquid magnum concipi potest. Hac non solum infinita est magnitudo, sed infinite infinita, qua omnia in se complectitur, qua omnia redigit ad se, & qua ita omnibus dominatur, ut quod in illa eminenter non continetur, nihil sit, dignitas ejus omnes abhorret dignitates, bonitas omnes bonitates, honor omnes honores, bonum omnia bona, ita ut nihil sit extra ipsam considerandum. Ad hanc dominium Dei tale est, & pura, qua illud sequuntur, sunt tanta, ut per hanc omnia sibi vindicet, omnia possideat. Quae cum ita sit, nonne equum est, nos totos illius esse, nos omnibus facultatibus animae nostrae uti, ac omnia illi officia prestare, quibus pares sumus, quandoquidem ob unum hoc sumus in mundo? Ex Epistola P. Surin tom. 1. Quidquid sapientes dixere de necessitate benevolentiae temporis, quod ubi semel amissum fuerit, reparari non potest, ad hoc transferri potest argumentum: quoniam alia quaelibet occupatio servituti Dei comparata, non nisi vanitas est. Opus est ergo, fideliter bene considerationem istam perpendere, & meminisse totum illud tempus, quod in supremi hujus Domini servitute minime impenditur, profusus amissum esse. E contra vero quomodo rei adeo pretiose melior fieri potest usus, quam ille, qui fit propter aeternitatem, jugiter propter Deum operando? Idem.

SUPPLEMENTUM.

Deliciae, quae in Dei servitute gustantur.

Ur nobis non licet secretam illam unionem intelligere, qua legis jugum Deus mulcet, beata illa momenta, quibus se se justis animabus praebet agnoscendum, suavissimum spem, qua efficit, ut in antecessum celestia gaudia delibent: hos luminis radios, quorum opa mundi vanitates nitida in luce cognoscunt; suaves lacrymas, quae ad Crucifixi pedes nonnumquam effundunt, in quibus puriorem, magisque exquisitam voluptatem, qua in suavissimis mundi deliciis invenitur? Da mihi, Domine, S. Augustinus exclamabat, cor tuo amore succensam, & facile hoc mysterium assequatur. P. Croiset in Anno Christiano. Docet S. Paulus omnia aliquid conferre utilitati amatum Deum. Profecto non ait, nihil adversi illi accidere: noxat quippe, quod malis essent obnoxii, dam viverent; dicit solum, amorem ipsorum erga Deum efficere, ut omnia illis cooperentur in bonum. Eos humiliat, non proferunt adversitas; honores, & laudes movent illos, quid esse debeant; contemptus vero, & humiliaiones, quid reapse sint: eorumque lapsus etiam fervorem, ac vigilantiam eorum rursus inflammant. Considerationes Morales cum notis in Epistola S. Pauli ad Romanos. Nihil mutare potest gaudium illius, qui laetatur in Domino; reliqua gaudia, praeterquam fluxa sunt, incertisque fundamentis insistant, calamitatum vitae hujus nobis non auferunt sensum; sed Dei timor nulli obnoxius est mutationi, ac animam tot suavitatibus replet, ut minime fortune casibus afficiatur. Qui Deum timet, & in eodem confidit, desert in corde suo inextinguibilem deliciarum fontem, in quem dolor incidens aequae facile submergitur, ac in mari scintilla. S. Chrysostomus in Homil. 18, ad populum Antiochenum. Inter hoc crucibus, spinisque consutum, tunc arduum est, cum ambigatur adhuc, an illud ingressurus sis, nec ne. Ex quo vero illud ingressus es, ac ferventer in illo ambulasti, illud ubi videatur stratum, facile, immo etiam jucundum. Flores, quibus confita videtur eorum via, qui voluptatibus additi sunt, sepe convertuntur in spinas; yonane videmus enim, spinas, quibus consutum videtur iter, quod boni sequuntur, ut plurimum in flores mutari? Virtus, quae exercetur, interior gratia, qua fulcitur, certa fides ad beatum finem perveniendi, mirum in modum mulcent laborem, & auferunt penitentiae quidquid in eadem asperum, durum, & amarum videtur inselle. Quantumlibet

arduum iter hoc videatur, Sancti hilariter per illud, incedebant. JESU CHRISTI exemplo confirmati, illos strenue, fideliterque sequamur, & eandem suavitatem, consolationem, gaudium, eandemque facilitatem experiemur. P. Croiset in Aeternis Exercitiis. Vehementer errant homines, cum libertatem inquirunt, a Dei servitute recedentes. Ignorat me, neminem uni servire Domino, qui Deo non servit? Qui Dei unius non est, est mundi suas leges habentis, est amoris proprii habentis sua placita, est suorum cupiditatum, sexcentas variasque propensiones habentium. Qui Deo non servit, sexcentorum tyrannorum mancipium est, nullum quietis spatium subiectionis sibi permittunt. Noctae alienae affectiones consentunt, ut nos torquent, ut nobis infidias fruunt, ut nos in preceps dejiciant. Quid ferendum non est a candidiorum numero? ab inimicorum nequitia, a prava fide amicum, quibus non alia mens est, quam nobis fucam faciendi; a venalibus animabus, sua tantum commoda quaerentibus, si quando blanda nobis fallacis amicitiae praebet argumenta? Si vere Dei non sumus, sumus ergo plurimum dominorum inter se dissidentium: singulis quippe singula, & opposita sunt studia. Adde his partem necessitatem uti placendi, & reliquorum iram, uti nempeque subeundi. Hecine est vere esse libertatem? Sed ubinam gentium inveniri potest libertas adeo suavis, tranquilla, & consolatione plena, qualis est illa filiorum Dei, si a mundi famulatu discedamus? Quarenam acerbius servimus, quam illi, cui subjacet, qui in mundo vivit? Ibi alii sustinendi sunt, alii mos est gerendus, ab omnibus pendere oportet est, contra vero in servitute Dei, quae dulcedo est, a tot capitibus non pendere, ac uni tantum mundi hujus salvatori placere? Quae nullius exempli gratia in ista Religione? nonne hoc ipsum dicit potest de illis omnibus, qui adherent Deo ex animo, qui se eidem famulati prostentur, qui sanctis ejusdem mandatis obtemperant? Quam dulci libertate, & animi tranquillitate fruuntur, qui eam inter servos illius sunt pauperissimi, qui unice pendet a divina, & amabili Providentia? Quae pax, quo interiori gaudio anima illius cumulatur? Quae vero utilitas est, nullam tibi parvulorum, vel magnorum rationem habendam esse, utrorumque officio non indigere, & ut ita dicam, omnium benevolentia, & favore carere posse? P. Croiset in Aeternis Exercitiis. Circa exaggerationem dicere possumus, si in Dei servitute ea essent toleranda, quae proculdubio in servitute mundi sustinenda sunt, dubitandi locus esset, utram ingens fidelium numerus inveniret, nec ne. Et profecto inveniri ne possent tot eruces perpendenda, tot habenda rationes, tot tedia dissimulanda, tot dissimulationes sustinenda, tot animi dejectiones, atque tot indigna perferenda, quot sustinet, qui mundi spiritu animatur, qui omnibus ejusdem legibus pareret, qui se se illius placitis mancipat? Attamen durus hic, barbarusque tyrannus servos invenit, atque fautores. Cumque Domini jugum adeo durum, & grave videatur, tamen tyrannici mundi legibus omnes fere semet subiiciunt. Nullibi in mundo inveniri potest haec libertas, quam sibi sibi pollicentur mundi sectatores a Deo recedentes. Non invenitur in Regum aula, neque apud Principes viros; nullibi enim gravior inlat crux, angustia, servitus. Libertas non est in dignitatibus amplissimis, & in magistratibus: nihil enim magis arduum est, quam ibi constitui, ubi tibi actionum tuarum omnibus ratio reddenda sit. Nemo sui juris est, sed republica, quae omne tempus, omneque exigit vigilias ab eo, quem suis honoribus cumulat. Libertas haec non est in vita privata: ibi enim quot urgent negotia servitute ipsa graviora! Mandus est ceterum mancipiorum, quibus non alia consolatio est, quam conditionis suae generalitas, & diuturna servituti ipsius consuetudo. Illi saeculi eam, quoad vobis libitum fuerit, jactate libertatem, qua caretis, exclamate, quoad vobis placuerit, libertas, libertas. Offensata inane hoc nomen; quod non magis vos decet, quam Comedum aliquem Regis, vel Principis nomen, ac titulum. Nulla vera libertas est, nisi libertas filiorum Dei. Qui Deo adheret, possidet Spiritum Dei; & libertas ibi semper est, ubi est Spiritus Dei. Verum est; Deo servientibus plures observanda sunt leges: ut quis ignorat, leges haec dulces esse, & in suavi hoc servitio tranquillitatem, pacem, gaudium inveniri? Juxta ea, quae Salvatore ipse ore suo testatur: Jugum meum suave est, & onus meum leve. Vita servorum Dei lenis est, facilis mi-

Nemo fruatur vera libertate, nisi qui servit Deo.

Qui mundo servit, subditus est pluribus tyrannis.

De Virtute suavitatis.

Cura & labores, qui in mundo servitute sunt sustinendi.

Adeo suave est jugum Domini, ut de quodam pragmatista Beatorum.

mitis, & in hac ipsa lenitate, uniforme vite libertas vera invenitur: e contra nihil magis sollicitum, & inquietum, quam vita exlex, & inordinata. De suavitatis vite bonorum feramus iudicium ex immutabili gaudio, in quo felicitatis eorum character consistit: ex aequalitate ingenii, quod pacis, qua intrinsecus perfruuntur, leucipletissimum est testimonium: cum interim, qui mundo serviant, vivant in tumultu, ac perturbatione, neque illis integrum sit de suis angustiis queri. P. Croiset in Aeternis Exercitiis. Quantumvis jactent mundi sectatores delicias suas, & de ea glorientur libertate, qua nequaquam fruuntur: nulla est, & esse nequit vera libertas nisi in Dei servitute. Veritatem hanc vero manentem gaudio gustemus ea fidelitate servientes Deo, quam inania mundi argumenta labefactare non possint. Ne respiciamus unquam tamquam crucem, vel servitutem, sedulam in Dei cultu diligentiam, ac religiosam mandatorum nostrorum obervantiam. Audacter respondeamus illis, qui mundi sermonem locuti dicunt servorum Dei vitam nimis esse coarctatam. Dicamus illis, mundi aestus plura esse intra ostium sustinenda, quam Dei servitio toto vite suo spatio. Nobismet legem irrogemus, & ineamus consilium nunquam, ne in minimis quidem nostrae conditionis numeris deservendi, & sedulo omnem pietatis nostrae praxim observandi. P. Croiset in Aeternis Exercitiis. Qui sui impositus non est, facile agnoscit in mundo virtutem esse amabilem, & boni viri conditionem esse felicem. Fatetur hanc meliorem partem elegerit; suspicatur pax illa, qua exuberat; perseverantia ipsius invidetur; nemo ita flagitiosus & impius est, qui nolit mortem vitiorum bonorum subire. Sed quidquid agatur, ut christiana saluti externa haec asperitatis, atque asperitatis species auferatur, quantumlibet suavia sint ejus lineamenta, semper tamen horrida ei facies appingitur. Licet omnes illius aditus faciles, stratosque coneris offendere, volent ferantur illius arduum esse, spinis, tribulisque confitam, & cruce tantummodo in ejusdem solo germinare. Quamvis haec omnia essent vera, quamvis virtus praerupta dumtaxat, & inhospitalia montium incoheret juga, quamvis aer, ac terra ibi devoraret habitatores suos, videlicet magno quamvis staret praetio virum bonum esse; nunquid fidem habent alteram suppetit consilium, quod sequatur? Verum enim vero cum gaudium, tranquillitas, dulcedo a virtute vera separari minime valeant: cum omnia strata & complanata sint cordi, quod plenum est D. o, & cum anima tota impenditur Deo; cum spine, quae fecus virtutis viam confite sunt, & minime lacestant; cum in alio quovis statu arietes sint, & ubique graviter lancinant; cum itineris hujus angustia satis latam, commolungue spatium relinquant; cum omnia monstra, quae in virtutis regione inveniuntur, inania sunt phantasmata, quae adventantibus evanescent; quam amara, & gravis est ignavis mortalibus penitentia, qui virtutem ipsam & habent in praetio, & diligunt; sed qui ab eadem recedant veriti, ut in ea nimis discutiant, ac labores inveniant. Ibidem. Donum, quod ante cetera Deus animae tribuit, gratia est, qua qui aditus est, potest omnia. Secundum est amor ipsius. Amanti omnia sunt jucunda, & facilia. Tertium est plena fiducia, immo etiam certitudo salutis semper innixa divinae bonitati, quam toties experti sumus, ita ut de illa dubitare integrum minime sit: quae omnia licet mixtum habeant pavorem salutarem, hic tamen ne hilum quidem officit. Nonne hi sunt fontes uberrimi consolationis, pacis, gaudii, & tranquillitatis perfectissima quae nulla suavior in mundo queat reperiri? Ex hoc fonte emanat cordis quies, affectuum malicia, testimonium conscientiae, quae fidelis animam requie suavissima replet. Bone Deus, qua consolationum copia animas fervorum tuorum non irrigas. Adversa, cruce, morbi, contraria fortuna, molesti casus, acrimiae, quidquid amari in vobis est, ubi labefactare contentibus cor purum, cor divino amore succensum, cor quod totum est Dei, & cui Deus est omnia. Mortis cogitatio, mors immo ipsa hexuit horrorem suum, & haec corporum nostrorum dissolutio, quae creata omnia terrore replet, fidelem animam non nisi potest efficere laetitia. O quam verum est, Domine, jugum tuum leve esse, & suave, concede quae, ut id beata docti experientia intelligamus. Ibidem. Mandus ait, jugum Domini ferendum non esse; Filius autem Dei suum suave esse docet, & mandata sua nequaquam esse difficilia. Cui fides habenda? Houdry Bibl. Tom. IV.

Mandus ait: sed quomodo hic mundus est? Illi, nempe, qui id nesciunt: omnes enim, qui illi experti sunt, docent, oppositum. Gloriatior mundus aletas suos gaudiis, deliciis, consolationibus affluere. Num verum dicit? Tesles vocari possent mundi sectatores, qui proculdubio delicias suas amaritudine repletas esse confiterentur. Persuasum nobis hodierna die est de maximis hinc veritatibus, quas praxis confirmat, quas si minus ipsi experimur, credimus id modice virtuti nostrae acceptum esse referendum. Nihil negemus Deo. Fides in minimis aperit, ut ita dicam, fontes omnes suavitatum, & consolationum spiritualium, quae animae fideli procurant quietem adeo perfectam, ut nulla major inveniri possit in mundo, quae quadam est veluti pragmatista felicitatis, qua Beati perfruuntur in Caelo. Numquam de virtute nisi his affinita loquamur, Caeli, & aeternitatis cogitatio magno sunt nobis subsidio in ipsis etiam animae hereditatibus. Ne inquiramus delicias in cultu Dei; hoc enim earum cursum inhiberet, earum copiam exhauriret. Deo propter ipsam amorem tantummodo serviamus. Ibidem. Ut Deo serviamus, uti opus est, omnes in id facultates nostras debemus intendere: ratio desumitur ex natura Dei ipsius, atque eminenti magnitudine, quae complectitur quidquid magnum fingi potest: haec est magnitudo non solum infinita, sed infinite infinita, quae universa continet in se, quae omnia redigit ad se, & quae tali pacto dominatur in universa, ut quidquid in illa eminenter non continetur, sit nihil. Dignitas ejus omnes absorbet dignitates, bonitas bonitates, honor honores, utilitas utilitates, ita ut nihil consideratione dignum extra ipsam invenitur. Praeterea Dei dominatio talis est, & jura, quae illam consequuntur, tanta, ut iurium suorum vici omnia sibi vindicet, omnia possideat. Quae cum ita sint, nonne equum est, nos totos esse illius, nonstranque totam impendere servitatem; omnibus animae nostrae facultatibus eum colere, omnemque operam nostram uni illi prestare, quandoquidem ideo in hanc lucis usuram prodimus? Ex Tomo primo Epistoliarum P. Surin. Quidquid Sapientes dixere de necessitate temporis recte infumendi, cujus jactura nullis unquam rationibus reparari valet, ad hoc potius, quam ad aliud quodvis argumntum applicari potest. Quicquamque enim praeter hanc occupatio cum Dei servitio comparata, mera vanitas est. Oportet igitur, ut in executione consideratio haec rite perpendatur, & ut meminimus, quidquid temporis in supremae hujus majestatis cultum minime impenditur, peritisse. Ceterum quoniam melior institui potest rei adeo pretiosae economia, quam si jugiter Deo deserviendo ad aeternitatem acquirendam transmittatur? Idem. Fervor in difficillimis etiam occasionibus, acerrimisque tentationibus viget; anima magnis greffibus in via mandatorum Dei procedit: immo leviter percurrit semitas has, quae spinis quidem consistit, atque scopulis circumseptae, videntur aliis, eidem vero propter sanctum gaudium, quo animatur, videntur amplissime. Caudium hoc cor ejus dilatat, ac rapit illa se se attollit ad Deum vestra alis confidentia, & amoris; atque de sublimi elevationis vertice contemnit mundum, ejusque illecebras, Demones eorumque insidias, nec videtur ultra naturae, & cupiditatis pondus sentire. Sancti illius fervores, ubi mortis memoria subit, ingemuntur. Heu! inquit illa, Deus meus, & Deus cordis mei? quandonam illa nobis illecebrat dies, quo sine ullo velamine videbo te; quo sine ulla divisione te possidebo, quo te sine tempore ullo diligam? Contringe Domine vincula, quae me tenent, educe de carcere animam meam, & mihi vitam hanc aufer, ubi te semper laesso. Adventus mortis hujus adeo mortalibus omnibus horrida, fervorem animae sanctae magis; magisque adauget. Exclamat pia haec anima, prope inlat exitii mei finis: tandem igitur fruar possessione Dei mei, & in sinu illius conquiescam. Praeterea Domine, Pater mi, hoc momentum mihi, quod nunquam nimis celeriter meis votis accidit. Inveniret, scio equidem, justitia tua in me, unde facerent, & ex me penas expelleret; sed me comitem addo JESU CHRISTO, per quem me salvum fecisti, & in quo amo te! In solis meritis ejus confido, atque id spero consecuturum per sanguinem ipsius. Suavi haec spe ducta anima haec agritudinis rigoribus cedit, & extremum recipit lethale vulnus, quo suum absuntur sacrificium. Nihil est ex parte virtutis, quod nobis persuadere debeat, nos ad perfectionem itatus nostrae propriam per-

Excellentia naturae Dei exigit, ut omnes facultates nostrae in cultu illius exerceretur.

Quodam confidentis argumentum est animae Dei, quae Deo ferventer tota vita sua famulata est.

Pax, & tranquillitas qua frui.

venire non posse. Virtus quocumque in loco fit, & quocumque ex parte spectetur, videtur amabilis, & vere est. Character ipsius est ejusdem elogium. Le-nitas illi temper comes accedit. Rectitudo, bona fi-ditas, modestia, charitas, iustitia, quodquid in chri-stiana, urbanaque vita verum constituit meritum, & reverentiam, atque exultationem promeretur. hec omnia ad veram illius imaginem, & characterem ab-solvendum concurrunt. Si quid ex his in virtute desideratur, virtus ultra non est. Quam vero dif-ficultas oblat, ne sis homo lenis, honestus, officio-sus, misericors? Quam te ab status tui muneribus abeundis deterreret? Ut me verbo expetiam, quam in Dei servitio difficultas occurrit? Quot autem, & quantæ in mundi servitio? De his iudicium seramus ex morositate, agritudine, dedecore, quæ eos tor-quent, qui parum christiani sunt, & a vite hone-state dissentiant. Quid contemptibilis, & reapse contemptus eo, qui liberior æquo est, atque exlex, nec non omnis religiosis expertus, & nequam? Vir-tus, inquit, in prærupti montis cacumine sita est: verum est; sed & illic facilis pater adscensus, & grati omnes vias nobis sternit. Modico quidem la-bore opus est ascendenti; sed non longa via est; & ubi illic perveneris, quæ aeris suavitas! quæ pax! quæ serenitas! quam abunde omnes sarcinæ extant-lati labores, & sumptus impendi! Quocumque Deo ferventes patimur, ne minima quidem particula est eorum, quæ mundo servientes sustinemus. P. Croiset in *Alevisis Exercitiis*.

Cogitate de fide esse, Domini jugum esse leve, & facile, quod sustineatur ab illis, qui constanti animo servant Deo: *Jugum meum suave est, & onus meum leve*, Matth. 11. Licet experientia, & constanti sanctorum omnium confessio non esset practica hu-jus veritatis demonstratio: solum JESU CHRISTI verbum sufficeret ad persuadendum, nos sensibus no-stris decipi, rationem nostram mentiri, cum ait Dei servitium asperum esse; viam, quæ ducit ad Deum, cum arcta, angustaque sit, difficillimam, & mole-stissimam esse; pietatem autem amaritudinem crucis, Pen-itentiam, mortificationem, adversitatem, contemptum, hu-militatem, hæc ex mortalium sententia sunt bonorum virorum pars; idque absterret, repellit, avertit tot ignavas animas a Dei servitute. Tam licet univer-salis hæc sit opinio, & passim accepta, falsissima ta-men est. Salvator, qui eadem est veritas, oraculum, quod illi non potest, affirmat: *non est in terris veram esse servitutum nisi in Dei servitute*. Nihil hoc verius. At crucis nomine germinant in viis perfectio-nis? Mortificatio avelline potest a vera pietate? In-greditur ne aliquis in celum, qui in se violentus non fuerit? Haud ita sane; sed cum Dei amor sit principium, basis, & quodammodo christiana virtus, cum Deus vere diligitur, nihil videtur grave, nihil amarum, nihil difficile: unde illa proiecta est eg-egia S. Augustini sententia: *Ubi amatur, non laboratur; aut si laboratur, labor amatur*. Deum amanti omnia sua via, aliqua difficultates occurrunt, ipse difficultates amantur ita, ut illis carere displiceret. Quo plurima pro objecto dilecto perferuntur, in his perferendis major voluptas, & gaudium majus perci-pitur; tantumque abest, ut nois onerosæ fiat dif-ficultates ipsæ, ut immo miram adferant jucundita-tem. Septennium servitii nihil videbatur Jacob cogitanti magnitudine mercedis, videlicet Rachelis, quæ laborum suorum fructus erat futura. Longinqua navigatio magna habet incommoda; exercitibus gravia habet exercitia; oppidum non sine magnis periculis defenditur; tamen cupiditas, honor, amor gloriæ nul-lam in his difficultatem nascitur; & amor Dei non istud privilegium persequitur? P. Croiset in *Alevisis Exercitiis*.

Quid deesse potest illi, cujus curam Deus gerit? Quid huic metuendum est? Si Deus pro nobis, quis contra nos, dicebat Apostolus? Licet mundus uni-versus conjura et in hominem, quem in suam clientelam recipit Deus, licet totus in illum internus ir-rueret, quid illi est trepidandum? Joseph a fratribus suis venditatur Israelitis; traditur in carcerem ab eo, a quo expulsi fuerat, quis non portento si-mile exillimasset, credere alienigenam hunc, vile hoc mancipium, præsumptum hunc reum inter ma-ricas, compelleque conclusum futuram aliquando secundum abs rege in Ægypto? Deus hujus curam suscepit; licet illi calumniam ingeratur, oblivioni tradatur, afficiatur contumeliis, egrediat de carcere, ut in dicam; regni solium ascensurus. Quodnam eff-icacius, quam Omnipotentis præsidium? Quis portus

Deus curam gerit servien-tium sibi.

ab omni procella tutior? Adversa fortuna, familia-rum, rerumque publicarum subversio, horribiles casus, eventus inauditi, nil horum perturbare potest felicitatem, vel labem adspargere gloria illius, cujus Deus coram gerit. Hæc homini justis fors est, Gemunt pauperes; humili loco nati, neque præstanti ingenio felices, omni carent præsidio, & quales in oblivione; sed si Amici Dei fuerint, si integri vita, & ceterisque pari existerint, Deus eorum curam as-sumet; & licet divitum, nobiliorumque fortuna ni-teat, ac fulgeat, viri boni fors est ceteris beatior. Hoc autem suavi experientia cogoscere, singulis li-cet. *idem*.

Ne dixeris ultra, magnis sumptibus stare sancti-tatem. Hæc loquendi ratio adeo communis apud im-perfectos, mundanosque, nimis aperte probat. Deum nimis parum amari. Difficultates, quæ in illius ser-vitutum, non sunt in illo, sed in corde eorum, qui sibi blandiuntur, cum putant se Deo velle ser-vire. Eger viribus effectus, lenta febri ad maciem adactus omnia invenit nutantia, fastidium sibi as-ferentia; quæ omnia vito bene valentis, ac robusto leviter videntur. Idem infirmus, qui vix alterum pro-ferre potest pedem, quin labatur, haud ægra pedi-bus leucam obambulat, cum bona fruitur valentia-ne. Ex prædictis hujusmodi considerationibus profi-cite. Amate Deum & omnia vobis erunt jucunda, ac in illius servitute facilia. Amate Deum, & om-nes pericula vite difficultates evanescunt. Quod si Evangelica instituta nimis videatur vobis amata, & gratia, hæc arguite, animam vestram infirmam esse, & a vobis nequam amari. *idem*.

Ex fallacissimis mundi placitis extorrem non est, est in voluptatibus juventutem esse transigendam; hæc ætate oblectationibus esse indulgendum; tempus æstivum, quo pietatis cultores heri æquum est; maturiorem ætatem aptiorem esse persequenti; sin-gulis suum esse tempus, anni primi, quippe floren-tiores, ex plurimorum sententia, mundo sunt desi-nati. Incerte reliquæ dierum languentiam, ac semi-mortuorum destinantur illi, cui omnia debentur vite momenta: tunc facis apti erimus colendo Deo, cum rebus omnibus erimus inepti; en quid pernicio-sissimum hoc placitum significet. Hilariter tradenda est juvenia: cuiquam principio periculosissima hæc incumbit sententia. Quid? Atas virtuti aptior, & in vitium proclivior legibus subdicienda non est? Valla omnia, aggregesque contentendi sunt, quia torrens magno cum impetu fertur? Adolescens facile corrumpitur; expectandum non est, donec corruptio deservat? Adolescentes in vitium ceteri sunt; num charitatis, rectique sensus est, pati illis in interi-tum rueret? P. Croiset in *Alevisis considerationibus*.

Permittendum est, juventutem elabi; at elaben-turæ juvenum vitiole affectiones & habitus prævi, quos alunt, & qui recentes in singulos dies vires acquirit? Et Deus hic, qui nihil invidit justis ani-mabus, dimittit ne flagitia, & impietatem adoles-centia nevarius juvenibus, condonabitne parentibus nefariam indulgentiam, quæ tot adolescentes in toti-dem protervos homines convertit. Tempus erit, quo Christi fidelibus liceat impune Deum læsere, vo-luptatibus tantum vacare, ac sibi gloria ducere, quod nihil credunt? Prima eorum rudimenta erunt sanctissimas leges in jocum traducere, & illos, qui Deo famulantur, contemnere. Prima eorum studia sunt, resistere contra motus gratiæ, & cum peccato consulescere. Hoc tamen probari vult mundus, tam-quam receptam consuetudinem, cum ait, permittendum est, ut transeat servitutum. Heu! celeriter ni-mis juvenis ista præteribit, sed libidine, nefariorumque juvenutis flagitia numquam sortasse præteribunt, P. Croiset *ibidem*.

Juventus, inquit, voluptatum est ætas: æquius dicerent: ætas est peccatorum, ideoque ex omni-bus ætatibus illa, quæ nosmet ipsos magis mortifica-re, nobisque majorem vim facere debemus. Sed quoniam privilegio tempus illud, quo præ omnibus affectiones nostre magis pertimescende sunt, volu-ptatum ætas factum est? Quamvix erit in Chri-stiana vita numerus annorum, quibus ille dispensa-tur ab officiis, quæ sunt magis Christiane legi essen-tialia? Qui juvenis est, satis fortis non est, ut vincula instruat, quæ coalescere incipiunt; & sperat se fortorem futurum, cum vincula multiplicabuntur & vires attrite erunt, vel quasi everse hoc tot an-norum habitu. Juvenes æquo licentiores, creditis an-tes hoc ætatis minus essent dies nequamque de-voventos esse Deo, qui vos creavit, atque conser-

Deo totius consolationis non ser-vimus, quin facit ser-vitio inavita-tate reple-mur.

Fallacia me-ri placit, quibus ad-feritur pul-chritudo non esse Deo devotiva.

Dei servitio unicus est fi-nis, quem nobis in om-nibus propo-ntre debet mus.

vat, nimis speciosus esse, ut sanctificentur: hos ve-stris voluptatibus destinatis, quos autem Deo tribue-ris? Verum si omnes dies vestri numerati sunt; & si omnes, quod certo certius est, ineluctabiliter Do-mini sunt iure eo, quod alienari minime potest: dies quos illi destinatis, non ideo minus debentur. Quan-tumvis bene diebus nostris antiquis utamur, nunquam satis temporis illi tribuimus. Quæ igitur jactura re-parabit jacturam adeo diuturnæ adolescentiæ; & si jactura hæc irreparabilis est, cuiusam alteri principio imitemur, si christiana vite officia in tempus aliud rejiciamus? *idem*.

Nequaquam putandum est, quod aliquibus accidit, Dei servos nulla in hac vita oblatione perfrui. Crassus hic error est filiorum sæculi sibi persuaden-tium in Salvatoris sequela nonnisi crucis, ac tribula-tionis ostendi. Error gravissimus! Nemo servit Deo totius consolationis, quin aliquam guttur in servitute ipsa oblationem. Ceterum Salvator, qui discipulis suis dixit, illos suam partem, & opprobrio-rum futuros esse participes, illis etiam pollicitus est centuplum spirituum consolationem. Vult eorum pec-catum aliqua temporis furtivitate condiri; & sicuti mun-dus factoribus nimis nunquam imperit, quæ non sint aliqua amaritudine præmixta; illius quoque Dei nul-lum Eluctis suis dolorem imittit, qui aliquo inere-riori gaudere non lesitatur. Manu eadem, quæ sal, & absinthium indergit voluptatibus impiorum, tem-perat illis omnes bonorum penas. Nunquam illis calcem suam exaurientium tradit, quin illius amaritu-dinem aliqua consolatione molleat, & altera manu cruce-m ostet, & effundit altera sacram unctionem, quæ eandem efficit minus insuavem. Si amicos suos non-nunquam ad Ælysium adducit, eos etiam nonnun-quam ducit ad Thebor. Idem discipuli, qui telles fue-re agnos tui in horto Gethsemani, præsens in monte fan-cto testes erant fuerunt transfigurationis ipsius. Opti-mus hic Dominus, & Magister lenitatis, & benevo-lentis comulacissimus ferre requit, fideles servos, atque discipulos dulcedine, & lætitia omni carere. Efficit etiam, ut hanc in ipsi laboribus, & jugo, quod basulant, admixtam inveniant. *Jugum meum suave est, & onus meum leve*. Sermo manifestus.

Motus, qui violentus est, cum ad finem accedit, lente procedit, atque laxatur. Qui, exempli gratia, lapideum rursus jaculatur, lapidi prope motum im-perit, & impressionem, quæ manet, donec manere potest. Verum cum aliunde naturale hujus lapidis pondus hinc in rui resistitiam immittat, & pulla-tam impressionem super violentiam, hinc fit: ut hic motus, atque hæc violentia remittatur, & naturale la-pidis pondus efficit, ut ad centrum suum revertatur. Hoc ipsum de virtute dicendum est. Hæc nobis quid-em naturalis non est; motus est violentus, mori sibi met ipsi, quem in cordibus nostri imprimat gratia. Gratia hæc eo momento, quo nobis oneratur, fortior est quam natura; verum accidit, ut mala voluntas nostra peccati habium contrahens revivificat primos refrenans, & hoc pæso eam motum superat; natura referente ex gratia non sine quadam inelictis victoria specie, id; quod pios gratiæ motus secuta sibi amissis videbatur. *Autem Anonymus*.

Hoc unum in vita nobis faciendum est, ut servia-mus Deo Legem, & mandata ejus servantes. Hoc uni-cum esse debet omnium nostrarum curam, atque cogitationum objectum. Hic unus est fidei, in quem omnes actiones, consilia, cogitationes, atque inten-tiones debent intendere. Verbo omnia vite nostre momenta Dei servitio sunt devoventia, ac uni salutis nostre negotio impendenda. Alter operari est agere contra finem, propter quem Deus nos in mundo con-struit. Huncine nobis hæntes proposuimus? Quid- quid fecimus, glorificamus propter Deum? In omnibus il-lis tantam gloriam quaesivimus? Quid hæntus a nobis assum est, ut saluti nostre consulesceremus. *Autem Anonymus*.

Actum jam est, Domine Deus! Post hæc totus ero tuus. Non nisi propter te volo operari. In omnibus actionibus meis id unum querere, ut tibi morem ge-ram, & placeam. Legis tue observantia unum erit curarum, industriaque meæ objectum. Creasti me, ut in eternitatem omnem possiderem, postquam aliquot annis tibi in hac vita deservirem. Omnia hu-jus momenta tibi dicata esse volo. Sentio quidem, consilio meo plures obitus nequaquam defuturos: omnes exeret demon conatus suos, ut me perdat: mihi exaurientis erunt plurimorum irrationes, qui mutationem hanc imoraturus sunt; mihi met ipsi ju-giter vis erit inferenda ad cohibendos impetus affe-ctionis illius, cui me penitus abdidit; verum si confi-sua adverbium me castra, non timebis cor meum. Psal-
Hoady Bibl. Tom. IV.

25. Cur? quia gratia tua adjutus, nihil est, quod reformidem; nulla vis potest me a servitute tua de-terrere. *idem*.

Sunt, qui virtutis præxim persuadere cupientes, il-lis tantum austeritatem obstant. Illis in no ostenda-da est suavitas, quæ comes eidem accedit; pura conscientie lætitia; pax cordis adherentis Deo; felici-tas, quæ fruitur; qui perfectum obtinet suimet ipsius imperium. Cum igitur animæ ad vitam devo-tam sunt alliciendæ, hoc primum ducenda sunt, om-nia terræ hujus bona esse fallacia, vana, superficialia, quæ nostra nequeunt replere desideria; fluxa; fragilia, mutationi obnoxia, & quamprimum de ma-ne usque ad vesperam peritura. Cum veritates hæc magna in luce eis proponuntur; tunc penite hæc cognoscunt, se in tenebris ambulasse, donec fallacibus hinc bonis adhaerere; vivendi genus suum errorem esse, ideoque mutandum. P. Suria Tom. I. *dialogorum spiri-tualium*.

Arte hac utitur demon sæpissime, ut nos a Dei cul-tu absterreat, hunc nobis exhibens tamquam gra-vem, difficilemque, agritudinibus, macroribus reter-tum, qui quidem periculosus est error, ac diligentis-sime præcavendus: quem ut abijciamus, satis est ani-mum advertere ad id, quod ipse docet *Jesus Chri-stus*, ubi de suo loquitur servitio: *Jugum meum su-ave est, & onus meum leve*. Matth. 11. & alibi: *Tulite jugum meum super vos, & invenietis requiem ani-mabus vestris*. Et profecto quænam requies, volu-ptas, suavitas comparari potest cum illa, quæ Deo impensus servientes perfruuntur! Gratia, quibus Deo illos prævertit, virtutis præxim illi adeo facilem præ-bent, ut nullam in ea difficultatem nesciantur. Consolationes, quibus eos cumulat, inconcussis red-dunt omnibus vite hujus malis, quemadmodum Spi-ritus Sanctus testatur Prov. 12. *Non contrisabit ju-stum, quidquid illi acciderit*. Testimonium, quod pro-pria illis perhibet conscientia, se a Deo amari, ejus-que amore frui: moralis, quam habet saluti sue certitudo, alie denique benedictiones, quibus eos cu-mulat Deus, sunt quadam prægustatio felicitatis, quam illis in altera preparat vita. Omnibus hinc supernaturalibus favoribus adde, illos ab omnibus ama-ri, & in pretio haberi, & singulos sua interesse pu-tare, quidquid illis usvenit. Ita Deus in hac etiam vita servientes sibi remuneratur. *Christiana Confes-siones*.

Suavitas, & consolatio, quibus cumulat Deus ser-vientes sibi, superant, quidquid fingi potest, & illi soli absconditum thesaurum istum agnoscunt: *Quam magna multitudo dulcedinis tue, Domine, quam abscon-disti timentibus te*. Psalm. 30. Hoc ipsum nostrum singuli experiri potuimus, donec Deo fideles extiti-mus. Tunc una die plus voluptatis percipiebamus, quam experti fuimus, ex quo a Dei servitute re-cellimus: *Melior est dies una in arvis tuis, juver nil-lia*. Psalm. 83. Heu! post infelix illud momentum, quo in peccatum lapsus sum, nondum veram gesta- gaudi in: non nisi labor, agritudo, tristitia ad-hæsi medullis meis. Ex quo semel a via veritatis erratur, semper trantur viae difficiles, arduæ, & quodammodo inopsite. Vivitur in tumultu, atque sol-litudine. Semper inquieti sumus, semper agritudi-ne quadam laboramus, semper conscientia stimulis nulla nobis requiem præbentis torquemur. *Erravimus a via veritatis... lassati sumus in via iniquitatis, & periculis, & ambulavimus vias difficiles*. Sap. 5. Si scires, quam suave sit servire Deo, & quam mole-stum ab illius servitute recedere, non solum ab ea non recederes, quin etiam ferventer illam amplec-tereris; sed hic thesaurus absconditus est, quem Deus non nisi veri illius servis aperit. *Abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis*. *Christiana Considerationes*.

Quoniam me dignaris, Domine, excipere in nu-merum servorum tuorum, licet indignum, gratiam mihi concede, ut tibi ad mortem usque fidelis es-siam. Ne sis me fallacibus volupta-um illecebris illi-li, nec mendacibus mundi placitis decipi, neque dif-ficultatibus absterri, quas ab ipsis affectionibus meis experiri possint, & que me in servituti tue medium possent adducere. Fac me ita cordis mei Domine, ut nunquam inimicis tuis aditum præbeam, qui in eo tandiu imperarunt: *Da mihi solum suorum as-ficitrem sapientiam, & noli me reprobare a parvis tuis; quoniam servus tuus ego sum*. Sap. 9. *ibidem*.

Cum nobis detur optio Deum inter, & demonem, nostrum est videre, utrius esse velimus; alterutri-um enim servendum est nobis, quodquidem utriusque ser-vitii non potest. *Nemo potest duobus Dominis servire*. Moni.

Dei servitio tantum abest quod grave & molestum sit, ut sit etiam jucun-dum.

Soli servi Dei saltem possunt dul-cedine servi-tutis ipsius.

Non est dubi-tandum, u-nostrum est videre, utrius esse velimus; alterutri-um enim servendum est nobis, quodquidem utriusque ser-vitii non potest.

Matth. 6. Certe enim Dei Filius nullam divisionem admittit. Quomodo illi se nobis totum dedit, & nihil est, quod ab eo non acceperimus. vult ut nos quoque vicillim sine exceptione ipsi devoveamus: *Tantum te exigit, quia tantum te fecit*: ait D. Bernardus. At dubitandum non est, utrum capiamus consilium? Pauca nobis pollicetur demon, quandoquidem nobis fluxa promittit bona, quae non honorum quidem nomen merentur: & quae sua non sunt; & nos ad fructum evocans suam, non vult quidem beatos nos facere, sed in eandem calamitatem, in quam praecipit, nos quoque pertrahere. Dei Filius e contra nihil nobis pollicetur, quod non largiatur, & cuius possessionem non habeat. Pro quaenam vel levissima vi, quam nobismet ipsis inferemus, pronoxia voluptate, quae abstinemus, beatitudinem nobis promittit nullam sine habitu am. Nihil ipsi perferemus quod non ille ante pertulerit, ut nobis praebet exemplum; ejusque consilium est eventum demeris imperium, gloriam Patris sui reparandi, ac nos in meritum in Regni possessionem, quod nobis sanguinis sui pretio comparavit. Quidquid unquam Sanctorum Sapientumque virorum loquitur, partem hanc adparant; & nos ipsi cum erimus in mortis articulo coalituri, eandem nequaquam secutos fuisse dolebimus. Id nos factum os in sacro Baptismi fonte juravimus, cum regenerati fuimus ad gratiam in ecclesia sine exceptis. Tunc enim ex nobis quaquam fuit utrum damoni, & omnibus pompis, operibusque illius abrenunciavimus, & per os sanctorum nostrorum illidem nos abrenunciare respondimus. Hoc factus ante aras sanctum, cuius testes fuerunt Angeli, & homines, nos aliquando damnabit, si eius promissionibus sacrum infideles. Hoc autem deinceps ramum esse volumus, cum libere, & sponte Christianam Religionem professi sumus. *Ibidem.*

Quam volens sunt anime tuae, anime illius timore simul, & amore actae, & christianarum virtutum praxi suis. Ombus vobis desideratis, & magis a meo metu, requiem nascuntur, quam sensibilem bonorum percipitio praestare non potest. Dicant nobis haec anime electae, quam suam deliciae, quae innocenter comitantur: qua tranquillitate spectetur terra, ubi despicitur, qua confidentia confutur ad Deum, ubi sincere perquiritur, qua securitate cor cum eodem, in ita dicam, permaneat ubi celestibus hinc virtutibus replatur? Enarrant, si fieri possit, quoniam sit pure conscientia pax, pax illa, quae omnia verba, omnesque sensus nostros exuperat. *Sermo servitio A. ad m. a. 1707.*

Queramus requiem, & felicitatem nostram, donec nobis in hac via placuerit, nusquam illam nisi in Dei servitio inveniemus. Terra a Domino maledicta non nisi tribulos, ac spinas germinare potest. Solum ipsum licet nitidum, locuples, atque rei laetis hominem beatum nequit efficere. Florentissima fortuna, diutissima prosperitas, gloria periberrima periberrime quidem possunt, sed nihil in terra nobis penitus satisfacere potest. Sex annorum milla fere aetate sumus, ex quo homines beatos se student efficere; nemo potuit adhaec plenam, periberrime invenire requiem, quae omnia vota sua compleat. Restat illi semper inhiatum vacuum, quod omnia objecta creata retere non possunt. Pro his homo factus non est. Ad Deum utique se attrahat homo, opus est illius adhaerere servitium; & quod id capit consilium, pacem nascitur, ac suavitatem, quam alio non invenit licet nihil inausum, intentatumque reliquit, ut cum sibi procuraret. Manifestum argumentum. Deum esse finem, & centrum nostrae quietis, & nos non nisi eidem serviendo sibi posse perfecte tranquillitate. Licet maximo terrorem Imperatoris amicus esse; licet in illius aula omnibus voluptatibus, ac diis illis affluere, felicitas haec esset chimerica, & beatitudo commentitia. *Melior est deo unum curia tua super mille, inquit Propheta Psal. 83.* Dies una in arvo Tabernaculi ducta, & in Dei servitio transacta nobis pluris veras parit dulcedines, quas in maximo terrorem Principis servitio fexcentis annis possidamus libere. *P. Croiset in Affectibus exercitatio-nibus Tomo 8.*

Ut Deo nullius, ac si Quisquam simlemur, illi serviendo in est, quam citius fieri potest, namquam in ipsi actis flore fidetius, & abstinere invidia verbo, dignus illi opellam nostram esse volumus. Numquid auderemus aliquam nobis sedem deponere inter terreni alicuius Principis inhiatos, postquam in inavia, & etio commensuramus? Et minus adhuc omni dubio procul id petere auderemus, si meliorem

In nobis po-
tate non
est servitio
Deo versus
se tenemus
state.

In nobis po-
tate non
est servitio
Deo versus
se tenemus
state.

vita nostra partem in sola insensibili illius inimica traduximus. Quis adeo impudens esset, ut exercitum sibi deposceret imperium, pollicemur tunc vite in spatio domi in foci angulo confederet? In mundo, & secundum mundi placita vivere, cum per errorem Deo potes famulari, hoc est ei debuit honorem deferre? Velle post haec in ejus servitium admitti tamquam aliqua exaltationis dignos, hoc est palam nosmet ipsos decipere, & non solum periculum adire, ut ab illius aditu prohibeamur, verum etiam ut inter scelera nostra intereamus. Ruge nostrae nos a caetibus arcet, voluptates non sunt amplius pars nostra, in conventibus nonnulli tamquam iustitiae habemus. Sequi vellemus sapientiae viam, cuperemus esse devotos, atque prudentes; verum eritne tunc in potestate nostra esse tales? Infinitam habeat presumptionem oportet, qui putet, hoc in sua potestate futurum. *2. la Peste Tomo 4.*

Non solum Filii Dei jugum suavis est mundi jugo, sed & onus illius levius est. *Quia meum leve.* Consilia Evangelica sunt onus JESU CHRISTI, onus vero mundi sunt scelera inherencia avari, quoniam sequimur. Consiliorum observantia tribuit animae pacem, cum qua nullum temporale bonum potest comparari, & quae omnino sensum, & cogitationem excedit. E contra, iniquitas excitat in peccatoris anima turbas, quas nulla voluptas mulcere potest. Consiliorum praxis nobis seruiti praecipuum difficultatem; cum interea praecipua in singulos dies sunt recitantibus difficillima. Consiliorum complementum est quoddammodo certum salatis nostrae pignus, juxta illa Apostoli ad Tim. 4. verba: *bonum certamen certasti, certum consummasti, fidem servasti, in reliquo restat est mihi certum iustitiae, quam reddet mihi Dominus in die illa juxta suam iudicium.* E contra perseverantia in sceleribus nonne mundi sectatoribus est certum veluti aeternorumdem excidii argumentum? Quam terribilis est cogitatio ista! Ergo, si libet, Salvatoris onus per se gravissimum, saltem interdam erit, bonis, quae illud comitantur, non parum mitigari. Quid mundanos ad haec? JESUS CHRISTUS, ait, nos ad consiliorum praxim non obligat. Ehea! quid interred, utrum aliquid imperatum sit, nec ne. si inde maxima redundant bona? *P. Segneri in Medic. Tomo 3.*

Si tibi non credo, Salvator, dicenti jugum tuum esse suave, & onus tuum leve, non dees in me merito infidelitas; si credo, & nihilominus onus hoc subire detrecto, haec infansia est, ac dementia. Sed cur de verborum tuorum veritate dubitem? Numquid petis a me, quod abhorreat a sapientia, & iustitia, quod perfecte cum veris commodis meis non consentiat? Numquid mihi praecipis quiddam, quod ipse gravia tui facile minime praebes, si fidelis esse volueris? Mundus, verum est, finit me ad desideriorum meorum libidinem vivere; sed praestat ne, ut finem inveniam mihi propositum, cum nihil indulgeo? Hoc molestus est, & inutilis labor, quod me obruit, cum mihi blanditur. Tu vero, Domine, nihil servitii tuis promittis, quod tibi servientes non consequantur: ipsa etiam consiliorum praxis, quae mandatum terret, illis est tons tranquillitatis, scilicet bene agendi, & salotis obtinenda securitas. Mandatum vero, quem observantia placitorum in saeculi reiet in iniquitate, audeat ne dicere, leve onus sibi esse ferendum? Sola voluptas serviendo Domino, qualis est tu, Salvator meus, potest abunde reparare omnem molestiam, si qua in lege tua servanda invenitur; sed mandatum videt inhiatum tyranni, qui servit, ex duritia legis, quam imponit. *Idem ibidem.*

Salvatoris jugum sunt illius precepta: jugum meum, onus vero Consilia Evangelica, *onus meum.* Alterum soave est, alterum leve, non solum si in ipsis spectentur, sed etiam si cum mundanorum vita comparantur. JESUS CHRISTUS allicere vult peccatores, ut jugum suum non detrectent comparatione inhiata cum saeculi jugo, & re adhuc integra promittit illis requiem, quam insuliter querunt extra ipsius servitium. Sed praeter veram cordis pacem, quam illis pollicetur, addit ipsos in legis suae observantia dulcedinem inventuros, cum interea mundi placita pro illis sint pondus, sub quo non cedere non possunt. Haec est connexio horum verborum: jugum meum suave est, & onus meum leve, cum illis, quae praedantur: Venite ad me vos omnes, qui onerati estis, & ego relevabo vos. Quae nobis utilitas, si rite cogitare possimus, quid interit discriminis inter saeculi civitatem, & Dei servitium? *P. Segneri in Medicationibus Tomo 3.*

Alterere christianam vitam suaviorem esse mundanorum statu, mundanos videtur paradoxum. Mundanos, ut lau-

Cur Salva-
toris onus
levius sit a-
tere mundi.

Discrimen
inter jugum
Salvatoris
& mundi.

Daleco, que
in Dei servi-
tute gaudium

Cupere ma-
gna pro Deo
operari, dum
minima ne-
gliguntur, il-
lud est.

ut fautores suos sibi captivum, permittit illis, ut indulgeant affectibus suis, & eorum libidini, avaritia; ac superbia vellificatur. Commendat coram, qua sibi rebus in omnibus satisfaciunt. Dei Filius e contra servos suos cogit, ut sibi jugo inferant bellum; qua etiam in servitium ejus suavior longe est, quam servitium mundi. Profecto nemo est, qui adjuvante Deo nequeat suas superare cupiditates, ac sensim ita illis dominari, ut tandem haud aegre illas sibi subiectas experiant. Sed quis unquam illi affectus est, ut illis omnibus feceret satis? Hic nondum visus fuit. Cupiditas omnis suggestit flammam instar, prout illi pabulum ministrat. At ullus ne inferior status est, quam jugiter laboribus confici pro sine, quem nunquam es consecutus? Ut post labores tuos sis calami tollor, quam ante? Dei servitium ergo minus molesta est propter finem suum, videlicet propter appetitum nostrorum mortificationem, quam sit saeculi jugum, cuius finis est, illis satisficere. Addamus etiam alteram esse altera suaviorem propter media, per quae ad terminum sibi propositum pervenire aliquis potest. Dei Filius magna quidem a suis servitii requirit; verum etiam simul magna ipsis ministrat subsidia. Eos sua gratia munit, animam, eis opem fert, ut se se supra naturam attollant; affluit ille sibi graviorem jugi partem, ejusque spiritus nostram sustinet infirmitatem. Mundus nos impellit, ut injusta animi nostri studia sequamur, sed emte auxilium nobis afferre detrectat. Dicit, ut olim P. Mario: Non dabo vobis pleas, ite quocumque vultis ad illas querendas; & nihil operum vestrorum imminuet vobis. *Ibidem ibidem.*

Jugo due insunt proprietates; altera simul conjungenda animalia, quae aliquando ad illud gestandum nunquam conjungerentur; altera cogendi eadem animalia, ut concordia gradu eandem sequantur viam, per quam ductor illorum ea aegre fudet. Hoc est legis Evangelicae symbolum; Judaeos simul, & Gentiles conjungit, qui aliquando invicem essent disjuncti deinde coegit eos communibus officiis, ut incederent per solam, unicamque viam, quae ducit in caelum. Aures vestrae, inquit Haies Propheta c. 30. audient vocem Domini, clamantis: haec est via, sequimini illam, qui haereticus ad dexteram, vel ad sinistram. Quam gloriosum est tale jugum! quam suave est, quam leve! Hoc jugum est Salvatoris ipsius: *jugum meum suavis est; & onus meum leve.* Matth. 11. Tanquam Deus nosmet ille hoc nobis impoluit; tanquam homo, ipse etiam gessit illud invicta constantia usque ad mortem. Ceterum Dei Filius nequaquam praecipit cum Tyranni servitii, querenti minus amorem nostrum conciliare sibi, quam timorem. Nostra dumtaxat postulat corda; nil vult sibi ingratis tribui. Hic homo Deus suum nobis imponit jugum cum suavitae, tanquam Rex mitissimus. *Discede a me, quia mitis sum.* Matth. 11. Suavitas primam est attributum, de quo ipse gloriatur coram servis suis, cum simul illis aperit voluntates suas. Addit etiam se humilem esse corde: *& humilis corde*; ut magis, magisque nos adigat ad subeundam legem, cui semet ipsum primus subicere voluit. Mandum est dominus immitis, & superbus, qui gravissimum nos legibus obruit, quibus se ipsum subicere detrectat. Dei Filius Dominus est lenis, & humilis, imperans cum benignitate, gestans jugi partem, quod alius imponit, & semet primus subiciens iis omnibus, quae ab ipso juberent. *Discede a me, quia mitis sum, & humilis corde.* Duo haec sedulo meditetur, & certus sum nos non aegre, neque gravate cervicibus nostras adeo amabili jugo supposituros, tantumque abore, ut tali jugo vincamur, ut immo nos eo liberes, vobique compotes futuri sumus, quo hilaris, alacriusque onus illud susceperimus. *P. Segneri in Medicationibus Tomo 3.*

Non minima in aeterna vita illatio est, semper cupere propter Deum nova, & inaudita facere, & nonnunquam etiam ea, quae cum statu nostro simul nequeunt conficiari, atque interim minora negligere operari. Quid nobis in vagis desideris considerare licet? Quantumvis sancta, & inflammata nobis videantur, nonnulli noxia nobis esse possunt. Tunc enim facile est semet ipsos virtutum locupletes existimare, licet e contra simus pauperissimi. Dicis: *divites sum, & locupletatus, & nullius ego; & nescis quia tu es miser, & miserrimus, & pauper, & caecus, & nudus.* Apoc. 3. Incipimus ergo minuta officia nostra diligenter obsequi; & max jactare licebit, nos sincera parate esse ad ea, quae perfectiora sunt exequenda. Qui fidelis est in minimo, & in majori

fidelis erit. Non dicit Salvator; qui facit minima; sed qui fidelis est in minimo, & in majori fidelis erit. Non enim speramus futurum, ut quia aliquando minoribus muneribus nostris perfuncti sumus, ideo minus pares iis, quae in virtute sunt difficiliora: ad id enim opus est, ut in minimis fideles exiterimus, hoc est, ut haec obire constanti cum diligentia conserverimus. Ne igitur oratori teramus tempus fingendo nos terribis supplicis undique obrutos, & simulando nos eadem citra querelam sustinere. Tempus hoc destinatum est, ut nosmet veris certaminibus, non autem commentitiis dumtaxat subeundis praeparemus. Sed in oratione nosmet disponamus ad perferenda citra impatientiam tot exiguis adversitates, quae immerito nos sollicitant, ad sustinendas irrisiones quasdam, quae licet levissima nos ad vivum laesunt, ad distrahendas tot notas, quibus ne a cogitantibus quidem nos laedi existimamus; ita enim in minimis fideles facti, in eam adduci poterimus spem, ut & in majoribus fideles inveniamur. Etenim nonne est ultro nosmet excoccare, arbitrari nosmet gravioribus periculis sustinendis aptiores fore, cum levissimum molestiam vix devorare valeamus? *P. Segneri in Medic.*

Fateamur Deum esse suavissimum optimum, maximum, potentissimum, liberalissimum dominorum omnium; & unum illum nobis opitulari posse; neque aliunde expectamus auxilium. Fateremur mundum ingratiissimum esse, durissimum, pauperissimum omnium dominorum; nihil habere quod donet, licet omnia pronitatur; servitium illius turpissimum esse servitium; nullo jure mereri nomen Domini; illi non nisi vilissima deservire mancipia, & vere tyrannum esse, qui nonnulli miseros potest efficere. Attamen licet haec palam omnibus constet, & quotidie sexcentis probetur exemplis, quoniamque est, qui velit solum Deum pro Domino habere? Deo servire non abnuunt, sed simul etiam mundo servire volunt. Servitium suum partiri volunt. Nemo factis impius est, ac irreligiosus, ut Deo servire detrectet; sed quam rari fideles veri sunt, qui uni Deo velint impendere servitium? Duris mundi legibus subicimur; illius gessimus insignia; spiritum, ac placita illius sequi profitemur. Novus hic Dominus durus est; servitium illius amara, & injucunda: nihil interest: eidem cum voluptate servitur; amatur jugum illius, licet onerosum, & grave. Propria etiam amantur artumma; nemo dolet, minus adhuc illas fastidit, cum interim indefinenter jugis audiatur quarela de asserto pondere jugi Domini JESU CHRISTI; quod licet suave, ac leve sit, semper nimis onerosum videtur. Servitium illius fatigamur. *P. Croiset in Affectibus Exercit. Tomo 5.*

Deo simul & Mundo servire non licet, & si liceret, namquid tentandum hoc esset? Attendamus paulisper, utrum duplex haec servitas propter duorum dominorum disparitatem simul esse queat. Leges, & placita eorum adeo sunt opposita, ut liqueat, non posse alterum amari, nisi alterum oderis, & utrique placere velle, idem esse, ac utrique displicere. Dei Filius omnino a servis suis exigit perfectam puritatem, immaculatam innocentiam, cor purum, & humile, atque a creatis donis omnibus avulsam. Modestia, lenitas, mortificatio, charitas nullis cancellis delinita, non facta charitas, recta fides, sincera simplicitas, omnium discipulorum JESU CHRISTI characterem debent constituere. Nulla ex his virtutibus potest abesse. Nemo Dei servus non debet mandum tanquam irconciliabilem Salvatoris inimicum respicere; ideoque nemo non debet perhorrescere mundum, execrari leges, instituta, servitium. Quae major oppositio, quam inter duos hosce Dominos? Quid vobis videtur? Potest ne aliquis simul utrique servire? *Ibidem ibidem.*

Quam timendum est nobis, ut delinquetur Dominus eos, qui suo sese offerunt servitio, cum nobis non licet amplius servire Mundo! De sensu Dei, si ipsi etiam iudicium ferre possimus ex nostro. Si quis se se offerret nobis opellam suam praestiturus, cum jam effata esset atate, captus membris, & senio fractus, quid diceremus? homo hic suam mihi exhibet servitium, omnibus viribus delinuitus, sine robore, & idcirco inutilis. Non ita honesti viri illudantur. Nos vero Deo destinamus aliquot languentis vitae nostrae annos, qui fortasse nunquam erunt, & qui praererea in potestate nostra siti non sunt. Sed esto diuturna vita nobis liceat frui; haec certe non satis bene tota spes est, cum sub finem dierum nostrorum nobis inter Dei famulos locum non defuturum subtraham. Anteaestae vitae flagitia ubique in nobis multipliciter erunt notata, & aquis videre Deus

Quantum sit
discrimen
inter Dei,
& mundi
servitium.

Timenda est
nobis repulsa
si sero ad Dei
servitium
accidimus.

oculis poterit es, oculos, manum, cor sexcentis modis in cultu idolorum mundi conquinata? Nonne hi nostrorum scelera testes erunt irreprensibiles? Poterit ne Deus nos coram se sustinere, qui longissima sanorum serie hostibus suis Mundo, carni demoneque servitutem servitorem? Quamam est illa presumpcio? cuius principio innititur? Ne cunctemur ergo nos met devovere Deo. Satis diu tergiversati sumus; nobisque locus dabitur est, utrum tam pro nos vel t excipere. P. la Pesse Tomo 11.

Capiamus in arena consilium nosmet Deo tradendi: deridendum, quod hactenus factum est, nimis grave est, atque perniciosum. En triginta, quadraginta annos Mundo traditis, totidem plerisque nostrum procul dubio non superant Deo tribuendi. Abusi igitur sumus Dei beneficiis, ut illi gravissimum inferremus injuriam, praeter nos illi omnium inimicorum ejus turpissimum. Dat ille nobis hoc ingenium, hanc valetudinem, speciem hanc, nobis has consert opes, dignitates, exultationem, ut illis contra ipsum abutatur! Proh Deas! Unice Rex noster, utrumque bonum, cui debemus quidquid ad illo recepimus, obliviscere praeteritorum vita nostra ananiam. Jam in mundi servitio consensimus: pudet nos coram te accelerare. Sed largire nobis, ut in numeram servorum tuorum reconsecramur, nihilque insuam, atque intentatum relinquamus gratie tuae ope illatam a nobis tibi injuriam reparaturi. Benedic hunc nostrum consilio, ut servorum tuorum mercedem consequi mereamur. Item ibidem.

Reges terra praequamque in exercitiis suis quamdam habent delectorem nullum manum. Hi milites strenui ita Regi suo devoti sunt, ut vitam suam pro illo illi devovendam teneant, cui servire gloriae sibi, & honori vertunt. Si Principis utilitas exigit, ut illi periculis abstant, tranquille in tuto consistunt: sin autem e contra, non dabitur pro illo vitam, creatoremque prodigere. Ita neque sibi vivunt, neque moriuntur sibi, sed Regi. Hunc autem conceptum adstruere nobis videtur Apostolus de veris Dei servis, de Christi fidelibus, qui penitus sese illius servituti devoverunt. Vitam, mortemque nullo in discrimine habentes, si vivunt, Deo vivere volunt: si moriuntur, velint pro Deo mori: si de vicinis, Domino vicinis: si de morituris, Domino morimur. . . Dominus servus, non abnoo, sed quam sollicite cavet tibi? Non habes vim pro Deo tantum vivendi, quae adhaerent, ut tibi vivas. Minus adhuc adest tibi virtus pro Deo moriendi, obijcere delectanti periculo vitam tuam pro ejus gloria. Quae tamen felicitas est eo n'que procedere, ut moriamur pro Deo? Hanc optima novit Apostolus, qui per omnia periculum genera cucurrit eo perventurus. Unicam autem periculum a nobis propter Deum subeundum nos terret, ac turbat. P. Segneri in Meditationibus suis.

Salvatoris jugum nobis videtur acerbum, cum solum est: illud nos mulcere posse credimus mundi jugo nosmet subjicientes: quasi onus alteri adjectum prius pondus valeret imminuere. Sentimus, & fateor Deum sapientem esse dominum nostrum: sexcentis titulis ad eum pertinemus. Ille creavit nos, & sibi domum nos creavit. Ad illum omnino creationis, conservationis, & redemptionis iure pertinemus. In servitum lapsos statim ac ex nihilo educimus, magnis sumptibus redemit nos Deus, ut illi serviremus. Ipse nos alit, nos fovet, nos tuetur, loquenter, pretiosamque servituti nostrae mercedem prolicitus est, ipse nos sibi sui in aeterno regno suo coheredes instituit. Nullus ne unquam fuit servus pluribus titulis domino suo addictus, atque devinctus? Tamen per injustissimam, indignissimam, levissimamque insaniam, non contenti, quod Deo uni servendum est nobis, patimur cor nostrum mundum inter, & Deum; simulque duobus dominis servire volumus. P. Croiset in Aeternis Exercitiis. Tomo 3.

Urbanitas officia obire, hoc vobis licet; immo in civili societate omnino necessarium est; sed namquam inanis mundi placitis obsequimini. Indefinenter memento vos Dei servos esse. Quod dedecus, quae turpido, voluit flagitiosorum hominum, mundanarumque mulierum chimericis legibus subjicere, quibus placet novos mores, usque invehere, & juxta ingenii sui libidinem hos praebere, illis profcribere! Non aliam viam rationem sequamini, nisi instituta Evangelica, neque normam aliam, nisi Sanctorum exempla. His, quae factis sunt, Deum unum consubstantia simul cum salute, & conscientia vestra. Precul ejicite ex mente, & corde velle in

Christiani non si propter Deum vivere, & mori debent.

Inter mundi regalia in civili societate omnino necessarium est; sed namquam inanis mundi placitis obsequimini. Indefinenter memento vos Dei servos esse. Quod dedecus, quae turpido, voluit flagitiosorum hominum, mundanarumque mulierum chimericis legibus subjicere, quibus placet novos mores, usque invehere, & juxta ingenii sui libidinem hos praebere, illis profcribere! Non aliam viam rationem sequamini, nisi instituta Evangelica, neque normam aliam, nisi Sanctorum exempla. His, quae factis sunt, Deum unum consubstantia simul cum salute, & conscientia vestra. Precul ejicite ex mente, & corde velle in

dignam illam homine christiano sententiam: Ita in mundo vivendum est: in mundo viventibus ita agendum est. Denique inter ipsa mundi impedimenta, & negotia, indelenter vos Christianos esse recordamini. Item ibidem.

Ue simus beati, desideria nostra saturanda sunt: nullumque creatum bonum est, quo illa non magis exardescant. Cor esse debet voti sui compos, & extra Deum non nisi inquietum esse potest. In mundi servitio lassatur, fatigatur, atteritur. Quae sine dolore conditio? Nulla dies sine nebula. Nullum sine onere ministerium. Quidquid agas, omnia tedium cient, omnia fatidimus. Deus unus est, cujus jugum suave sit, & leve: in illius servitute duntaxat aliquam nancisci possumus jucunditatem. In mundi servitute omnia dura sunt, omnia fracta carentia; nullum est gaudium, quod non inter spinas laboratur. Omnia pungunt. Quandoam hoc in mari tranquillitas est? Omnia scopulis repleta sunt, omnia reserta naufragis. Quid ex ipsa aliorum passione non patimur? quid ex propriis affectionibus nostris non sustinemus? In Dei servitio tyranni isti saltem vinculis sunt adstricti; in vis illius omnia strata sunt, & complanata. Caelum ibi semper serenum est. Ecce profecto cum in pace est conscientia, quamam jucundio: malacia potest inveniri? Veram esse tamen mysteria haec abscondita esse praesentibus, ac sapientibus mundi, non enim nisi humilibus revelata sunt. In quo stant est, ut & ipsi ea cognoscamus? Praeio simus, ut omnia suscipiamus, & faciamus, ut & ipsi illa experiamur. Item ibidem.

Ullus ne unquam visus est mundi fautor, qui domini, cui servit, contentus extiterit? Quae effundunt quotidie querelas ob ea, quae in singula momenta in sua servitute patiuntur? E contra vero visus fuit aliquis esse non contentus, non hilaris, non vera perclusus letitia Deo serviens? Ullusne ruperus est, qui quaevis fuerit sibi in magna sustinenta esse; laborum suorum modicum sibi mercedem tribuit: Deum insolvem, ac immittem esse dominum? Nulla inveniri potest ratio inter modicum illud, quod patimur servientes ei, & mercedis, quae nos manet, magnitudinem: Non sunt condigna passiones hujus temporis ad futuram gloriam. Rom. 8. Penitentia, crucis, mortificationis thesauri sunt absconditi mundi sapientibus: Abscondisti haec a sapientibus, & revelasti ea parvulis. Luc. 10. Sed quinam superior suavitatis, pacis, intemque consolationis fons visis optimis, qui mundi servitute rejecta unice Dei Filio adherent? Eorum modestia, verecundia, aequalitas rebus omnibus, imagines sunt tranquillitatis animae, & gaudii, quod imo corde percipiunt. Anachoretarum antesignanus S. Paulus centum tradidit annos in remotissimo specu hominibus ignotus, & unice Deo occupatus: hincque conquestus unquam est de Domino, cui tantum servit? An ille nobis laudendus est? Penitus quaecumque in terra fierent, ignoravit. Quot sunt ex Principibus saeculi, qui sibi eandem sortem obtigisse vellent. P. Croiset in Aeternis Exercitiis.

Hac fuit optio Moysis, magni illius Judicii populi legislatoris, licet a Pharaonis filia adepti, & pro servitio in aula, tanquam filius hujus esset, adoptari. Qui cum adolevisset, caelesti illustratus lumine sapienter se adiecit dignitate filii Regiae, & contemnens omnes opes, ac honores, quos inde consequi poterat, maluit cum filiis Israel, fratrius suis permisceri, licet jugo dire servitutis oppressis, quam diutius gustare delicias aule, quibus in Aegypto perfruebatur: Moyses grandis factus, negavit se esse filium filiae Pharaonis, magis eligens officio jurejuramentum Dei, quam temporalis potestati habere jucunditatem. Hebr. 11. Quam sapiens, ac prudens haec optio fuit! Quam admirabile hoc exemplum! Nonne semper praesaret, bonorum viciorum in paenis, ac passionibus locos esse, quam malorum in ipsorum affluentia, atque letitia? De la Font in secundam Aduentus Dominicam.

Nulla res est, in qua mortales sibi fingant imagines a veritate magis abhorrentes, quam pietas. Putant statim omnia relinquenda esse ab his, qui Deo servituti consilium capiunt, recedendum esse inter saltus, & nemora, vitamque profus anachoriticam, ignotamque ducendam esse. Non desunt animae, quas evocat Deus ad hanc perfectionis gradum, & haec peculiaris sunt vocaciones, quas ille miores efficit, atque suavitate quadam condire novit, cum eas nobis immittit. Verum non semper hoc exigit a nobis, cum de servitute Dei verba fiunt. Nam verum Evangelium,

Nellus in hoc mundo nisi in Dei servitute consistit.

Quam suavis sit Dei servitute, si cum mundi servitute comparatur.

Vellems fideliter servire Deo, non tamen edisse mandatum Dei in meum.

Moyses exipulsi legislatoris, licet a Pharaonis filia adepti, & pro servitio in aula, tanquam filius hujus esset, adoptari. Qui cum adolevisset, caelesti illustratus lumine sapienter se adiecit dignitate filii Regiae, & contemnens omnes opes, ac honores, quos inde consequi poterat, maluit cum filiis Israel, fratrius suis permisceri, licet jugo dire servitutis oppressis, quam diutius gustare delicias aule, quibus in Aegypto perfruebatur: Moyses grandis factus, negavit se esse filium filiae Pharaonis, magis eligens officio jurejuramentum Dei, quam temporalis potestati habere jucunditatem. Hebr. 11. Quam sapiens, ac prudens haec optio fuit! Quam admirabile hoc exemplum! Nonne semper praesaret, bonorum viciorum in paenis, ac passionibus locos esse, quam malorum in ipsorum affluentia, atque letitia? De la Font in secundam Aduentus Dominicam.

gelium, ne bonis servandis invigilemus? ne licitis rationibus illa augeamus cum prudentis economi cura, non autem cum avari hominis destinatione, atque aviditate, cum nobis, & filiorum, & familiae necessitatibus consulendum est? Nam prohibet, ne liberis nostris honorem aliquem, aut magistratum procureremus, ne agrorum nostrorum fructus colligamus, vel ne cum honore, & juxta canones aequitatis generis nostri dignitatem tueamur? Num Evangelica lege cautum est, ne ultra citroque communibus urbanae vite certetur officii? ne cognatos, & affines amemus, ne amicum rationem habeamus, ne cum aliis versemur? Num honestam animi relaxationem vitio nobis vertit Evangelium? Nihil horum condemnat Deus. Verum est igitur Dei servitum non esse ita durum, atque difficile, quod mundi sectatores dicitant. Salvator hoc palam docuit, cum dixit jugum suum suave, & onus suum esse leve, & qui aliter cogitaret, veritati eidem contumeliam inferret. P. Gironesi, Sermones de servitute Dei.

Actum jam est. Non pariat ultra cor meum. Fecisti me Domine propter te; jam totus deinceps ero tuus. Dixi, nunc cepi; hoc mutato dextera excelsi. Psalm. 76. Misericordiae tuae accepta referenda est ita mutatio. Sero tibi serviri cepti, non abnuo, verumtamen dignaris etiam acceptam habere opellam eorum, qui undecima diei hora in vineam missi fuerunt. Spero aequidem satorem, ut ope gratiae tuae fervor, ac fides reparent praeteritas infidelitates meas, & quocumque in loco, & quocumque moriar, haec mihi saltem erit consolatio, quod jam tibi servire coeperim. P. Croiset in singulorum mensium solitudine, Tom. 1.

Bonitas actionum, quae propter Deum fiunt, eas faciles praebet, & meriti eo majoris, quo lubentius fiunt, & alacris. Hoc nostra experientur corda, cum opera bona exerceamus. Quibus stimulis, quibus tumulibus non agitur cor, cum perfecta pravae actionis injuria nostra affulget menti, & mox cor ipsum perturbat? Gratia, ratio, omnia contra peccatorem digladiantur. Praelat ratio, ut sceleris sui illum peccat: ostendit ei facti iniquitatem, ac turpes efficaciam suarum cupiditatum effectus. Gratia quoque in peccatoris mentem Dei revocat judicia, illi ob oculos statuit ejusdem ultionem, & recedendum. Quamam illi tumulus, & formidinis causa. E contra ubi actio bona est, hanc nescio quis cum voluptate amplectitur animum, nullo metu agitur, nullis interioribus stimulis, quibus antea lancebatur, urgetur. Judicium feramus ex his pietatis intervallis, quae labide fumus experti. Nonne veram est, virtutem nullis nobis sumptibus stetit? Actionum nostrarum relictio nobis erat consolationis causa, quae in nobis voluptatis locum obtinebat. Auctor veritas.

Duo sunt domini super terram, Deus, & mundi Princeps. Opus est alterutri servire. Fieri nequit, ut non alterutri, vel ut utrique simul serviamus. Quomodo autem se gerant veri Christiani erga duos hos dominos, quorum causa penitus adversantur. Audiamus Dei Filium: unum odio habebis, videlicet demonem, & alterum, Deum videlicet, diliges. Hinc ex ipso Salvatoris testimonio liquet, Deum pro domino assumentum esse, & diligendum, atque ut ostendamus, hunc a nobis sincere diligi, opus esse, ut mundum oderimus. Videre vultis, utrum vere Christiani sitis, & servi Dei; scrutamini, utrum in imis cordibus vestris sanctum ipsum amorem inveniat. Hunc si invenire dabitur vobis, proculdubio odio habebitis mundum, qui internecius est hostis ejusdem, cum quo simul esse non potest, qui enim hominem amat, eos amat omnes, a quibus ille amatur, & odit omnes, qui sunt illius inimici. . . Hic plurimi decipiuntur. Putant, cum pleni sint amore mundi, ubi aliquid dantaxat plane nefarium relinquunt commercium cum illo initum, se statim vere servire Deo. Hic bipolaris est error. Non solum amandum non est ullo pacto, sed insuper fugiendum est, & contemnendum, Unum hodie habet, & alterum diligit. Matth. 6. Si mundum non odisti, non diligis Deum. Hoc docet Regius Palates: Psalm. 96. Qui diligitis Deum, odite malum. Ex libro cui titulus: Instructio Christiane pour la 14. Dim. d'après la Penitence.

Longe aliter, Domine, ac mundus operaris. Mundus malum abscondit sub specie boni, tu vero sub mali specie bonum tegis. Mundus non nisi de voluptatibus, divitiis, honoribus loquitur, sed in divitiis veram habet paupertatem, in voluptati-

bis amaritudinem, in honoribus turpitudinem. Te contra paupertatem, amaritudinem, dejectionem polliceris; & sub hac specie nobis abscondis immensas, aeternaeque divitias sub paupertate; sub amaritudinis voluptates nunquam defuturas; sub dejectione veram dignitatem, eam nempe Sanctorum. Auctor Anonymus.

Si omnia terrena bona per se in nihilum tendunt, judicium feramus, quem locum in mente nostra tenere debeant, quandoquidem ipsi facti sumus, ut bona aeterna possideamus. Non quaerit, ut opes nostras, agros, honores, magistratus relinquamus, & ea, quae ad vitam necessitatem, decorumque pertinet, negligamus. Quoniam in terra vivendum est, non interdicat nobis Deus necessarias curas, ut dies nostros eo pacto traducamus, quod nostram deceat conditionem: sed exigit, ut attentius inspicimus indignitatem rerum earum, quibus omnia nostra spes, cura, & desideria omnia occupantur. De personis tantum fortuna solliciti sumus, nonne & aeterna nobis est procuranda? Terra nos possidet, sed nos caelum expectat. Gloria, divitiae, voluptates, inanes mundi iudificationes, haec omnia praetereunt, omnia cessant, omnia evanescent, nos autem sumus in aeternum mansuri. In omnibus negotiis, quibus agitur, id unum prospicimus, ut eum, quem vel genere, vel operibus locum obtinimus, illum servemus. Fortunam nostram satorem, nominis celebritatem comparare, mundo placere desideramus. Sed quid vanius iis omnibus fortunis, quae certas nobis facere conatur, cum interim sanctos fieri, & Deum possidere negligamus; quae aeterna nobis fortuna esse debet. P. la Pesse Tomo 3.

Credine potest, mundanum hunc hominem, cui parcat tribulatio, & qui festinat, ut omnia sibi comparet, quae oblectationi dantaxat inserviunt, vinitiae, & omnino sunt supervacua; credine potest, inquam, hominem hunc de Dei praesentia esse illicium. An natura convenientis est cogitare, illum in hoc oblectationis statu nil mali sustinentem, ipsum etiam amittere sensum, quem nobis cognitio Divinitatis inspirat? Cum non consequerit vita hujus malis labefactari, raro ad caelum tenetur confugere; neque enim de Deo cogitamus, nisi cum fatit tribulatio: & si ab illo malis nostris praedium perquirimus, inde perquamque fit, quia nullum in creatis rebus solatium invenire potimus. Hac in tranquillitate, atque inertia facile obliviscimur Dei. Bona, voluptates, gloria mundi nobis paulatim abscondunt vestigia licet pertillima Majestatis, & potestatis divinae, nec non nostrae indignitatis; rati quippe nos tuto esse per dignitatem, vel honores a gravibus scibus, qui repente obruant miseris, & calamitosos, in quorum numero nos esse non credimus, in adeo prospera fortuna Omnipotentis opem implorare dedignamur. P. la Pesse Tomo 4.

Impatientia, & superbia maximi sunt obices, quos in nobis metipsis nanciscimur cum volumus nosmet jugo Filii Dei subjicere. Impatientia illud nobis praebet intolerabile; & dicimus cum impiis, de quibus loquitur Propheta Psalm. 2. Projiciamus a nobis jugum, quo opprimimur. Superbia vero facit, ut in jugo Salvatoris inveniamus subjectionem, quae in dedecus nobis cedere videtur. Ita confringimus jugum, & profitemur servire nos nolle. Conatur JESUS CHRISTUS duos hosce obices amovere dicens: Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Matth. 11. Dulcedo, & humilitas amabilis hujus Domini non minimum conferunt ad mullendam preceptorum ejus observantiam: Sed propria nostra lenitas, & humilitas praxim eorum faciliorem praebent. Hic alius est loci ejusdem sensus: Discite a me, qui mitis sum, & humilis corde. Meum secuti exemplum mites estote, & jugum Domini vobis suave videbitur. Humiles estote, sicuti ego quoque humilis sum, & serentes Domini jugum gloriam invenietis: vobis mite videbitur, si mites fueritis, & gloriosum, si humiles. P. Segneri in Meditationibus. Tomo 3.

Ut sancti, perfecteque evadamus eo in statu, in quo nos constituit Deus, satis est diligenter, & ferventer omnia Christiani hominis munera obire. Numquid arduum est adeo munus obire suum, & honestum esse virum? An multo magis arduum est, haec non praesare? Quot dolores! quot agritudines! quot probra! quot conscientiae stimuli! Qui male vivit, omni se subiecit contumelia. Mala, quae ipsi nobismet procuravimus, stimulos cient. E contra quante oble-

Difficile est in prosperis aliquam divinitatem sentire.

Longe plura in mundum, quam in Dei servitute consistunt.

